Anno 1532 24 27. Maii Ex M. S B Tab.

Sigismundus Primus
Rex Poloniæ
Regi Ferdinando Joachimo Marchioni
Electori
Friderico Duci Legnicen Carolo Duci
Minsterbergien
Georgio Marchioni Georgio Duci
Saxoniæ
Statibus Marchionatus Moraviæ
Statibus Lusatiæ

123

Non dubitamus Vræ Illii cognitum es se quod ad importunam petitionem, Ordinis Teutonicor mandatum penale, cum peremptoria ad respondendum citatio, ne fuerit Nomine Cæsareæ Mtis contra Illustrem Principem Dominum Albertum Marchionem Brandeburgensem, et in Prussia Ducem, Nepotem ex sorore nostr charissimum editum et per tabellarium Cameræ Imperialis, ita ili insinuatum, ut vel Provinciam Prussiæ eidem ordini Teutonicor restitueret, vel in iudicio Cameræ ob non restitutam responsurus, certo statuto die se sisteret, de qua re cum nos certiores facti fuissemus, etsi intelligebamus, non ex voluntate Cæsareæ Mtis, sed ex subornatione malevolor quorundam Illris Nepotis

Nostri

adversarios id fieri ut tamen juris dicionem nostram quae nobis ratione feudi in Prussiam et in Principem, tanquam Vasallum competit tueremur, inhibuimus Illtri suae ne in praejudicium superioritatis Nostrae alieno se judicio submitteret, et sub eodem tempore apud Caesaream Mtem medio Oratoris Nostri Rdi Domini Joannis Episcopi Culmensis egimus, ne Nos cum Illustri Nepote Nro istius modi edictis turbari, et contumelia effici permittat, sed ad Nos tanquam ordinarium Ducis Prussiae judicem, omnes remitti mandet, qui aliquid juris ab illo exigere vellent. Quod dum Nos impetrasse credimus ecce rumore quodam sumus Illrem Ducem Prussiae Nepotem Nostrum ad priorem injuriam, etiam bono judici Camerae Imperialis bannitum, et proscriptum esse. Atque contra Naturam et formam Banni Principalem, ejus Dignitatem, honorem et Familiam, ultra modum gravatam, et offensam insuper universa Privilegia iura et familiae imagines, istius modi proscriptione et Banno ei ademptas. Ob quod ille et nos una illius Avunculus et feudalis Dominus, magnopere sumus perturbati gravique molestia effecti, magna cum admiratione expendentes, cur tam non necessaria et inconvenienti contumelia, a Judicio Imperialis Camerae et nos

et Nepos,

Noster provocemur. Quandoquidem et Nostra erga Ordines Imperii propensio et Illtris Nepoti Nri atq Illius major Romano Imperio et praesertim Domui Austriae officia praestita, aliud longe, quam qd fieri cognoscimus, exigere a Judicio Imperialis Camerae videbantur.

Quoniam vero Nos scimus Illtrem Vrã et erga Nos et erga Illtrem Nepotem, Nostrũ aequo et propenso animo esse; illam plurimum rogamus, velit simul cum Caesarea Mte et Illmis Sacri Romani Imperii Principibus, Electoribus, ceterisq Ordinibus contumeliam Nostram, et Banni promulgationem, prudenti Consilio ita exeutere, et temperare, ut et Bannum, quod multorũ malorũ causam praebere potest, protinus revocetur, et dignitas atq honor, Illstris Nepotis, Nri Jurisdictionisq Nostrae autoritas in integrũ restituatur. Expedit enim tempori, providere, ne istiusmodi, non necessariis offensionibus, Nos et Illris Nepos ac Vasallus Noster in eam necessitatem adducamur, ut tuendi juris et dignitatis Nostrae rationem, ex provocatione adversariorũ quaerere cogamur. Quare Illtas Vestra et communi omnium, tam Nostrorũ quam Imperialis, et suae subjectionis hominum qui inimicẽ

magna

Magna et ampla exercent negotia commoditati con
sulet, et Nostrum simul, et Illris Nepotis Nostri
animum, in pristina erga se ac Sacri Romani
Imperii Ordines propensione retinebit. Quam
sanam, et felicem esse semper optamus
Cracoviae 27 Maii Anno Domini XXXII
Regni Vero Nostri 26.